

## DE REBUS METALL.

effoditur Engelsbergi, non procul à Reinstino, cuius lapis ochram interdum annexam habet. Lapidés, qui in se aurum continere feruntur, apud nos sunt, schistos & granati: schistos copiosus in venis aliquot reperitur Annebergi & Zeblicij: granati & effodiuntur, & lauantur in agro Zebliciano. Pantarben lapidem aurum ad se allicere, ut magnes ferrum allicit, traditum memoriæ est à Philostrato & Zeze: aurum ipsum ossa tibiæ accipitris attrahere, ab Aeliano. Lauatur etiam arena: eaq; modò est colore nigra, ut quæ prope Sclacheuerdam reperitur, modò pyriti similis. Si auro liquefcenti gallinarum misceatur osfa, id in se consumunt, ait Brusonius.

Aureis compedibus vincti Darius, Cyrus Artaxerxis frater, Agrippa, Baziethes. Auro cætera inducuntur metallæ, ut argéatum & æs: item ligneæ statuæ deorum: item turrium & domorū tecta, ut Venetijs & Oeniponte.

Incrus-